



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quod id temporis sancta martyr Golauduch viuebat. Capvt XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

negocia aptissimū. Mittit præterea Gregorium, qui Chosroem cum ob prudentes sermones, quos de alijs rebus omnibus cum eo conferebat, tum ob munerū magnificētiam, & consilia quæ pro rerum quibus perturbatus erat conditione peropportunè ei impertiebat, in maximam traduxit admirationem.

Quod rursus Persarum imperium Romanorum ope recepit Chosroes. Caput XVIII.

Chosroes verò cum Hierapolim, quæ primaria Euphratesiæ ciuitas est, peruenisset, rursus reuertit.

Quod cū intellexisset Mauricius, pluris faciens commo dis Chosrois supplicis, quàm suæ ipsius gloriæ consulere, ingenti pecuniæ vi (quod non antè aliquando visum fuisset) eum iuuat: atque ex Persis conscribit exercitum, & impensis omnibus de suo suppeditatis, Chosroem utroq; exercitu, Romano scilicet & Persico instructum extra fines imperij Romani ad Martyropolin vsq; pducēdū curauit. Cui Sittas primū traditus est: deinde à Martyropolitans lapidibus obrutus, postea ab eisdem in crucē actus. Traditum est ei quoque Daras oppidum, à quo clam exiuerant Persæ: atque Baramè à Romanis solis vnico prælio superato, & solo cum ignominia in fugam verso, Chosroes ad suum ipsius regnum reductus fuit.

Quod id temporis sancta martyr Golauduch vivebat.

CAPVT XIX.

Eodem tempore vixit apud nos Golauduch martyr, quæ multa tormenta perpeffa, & à Magis Persis graui ter excruciatâ, martyrij coronam post magna miracula, quæ ediderat, assecuta est. Cuius vita ab antiquiore Stephano, Hierapolis Episcopo, literis mandata est.

De donarijs quæ ad sanctum Martyrem Sergium misit Chosroes. Caput XX.

Chosroes autem iam ad suum regnum restitutus, mittit ad Gregorium crucem multo auro & lapidibus pretiosis exquisitè elaboratam, qua honorem Sergij martyris inclyti illustrari voluit. Hanc crucem primum Theodora cōiunx Iustiniani ei dedicauerat: deinde Chosroes senior cum alijs monumentis, uti à me suprâ commemoratum

Rr § moratum